

scepit & magno studio defendit. Atq; deinde ut fere Heresiarchæ omnes
 ad magicas artes sese conuertit. Perfoluit autem paulopost impietatis pœ-
 nas lacerato a sarrhacenis imperio & omnibus fere prouinciis oriētis amif-
 sis: ut quod sæpe queri solemus maxia ea tēpestate sit facta iactura: tū ipe-
 riū: tum religionis. Porro altera fere semper alteram secuta est. Persecrauit
 hæc impotēs pertinacia: atq; catholicæ fidei scissura ab his temporibus ad
 nostram usq; ætatem. Qui si aliquādo resipiscere: Et ad Romanam reuer-
 ti fidem uelle sunt uisi: Metus a Barbaris: Quem cum periculo semper p
 tempore metiti sunt: eos adegit: Non autem libera ingenuaq; confessio siq-
 dem adhunc diem quindecies a Romana defecerunt: totiens uidelicet quo
 ad tam religionē: q̄ imperio spoliati per orbem uagantes exemplū cunctis
 mortalibus dedere: nullas esse tā ingentes opes: Quas nō superbia seditio
 q; cōminuat. Sed de sarrhacēo imperio aliqua paulopost: si prius de Vene-
 tis nonnulla: quæ intermissa sunt: expediemus. Rhotarius igitur omni cis
 Apenninū Ethruria & Iunensi ora liguribusq; & deinde Gallia: Quæ ad
 Hexarchum defecerant ad partes suas retractis: signa in Venetos cōuertit.
 Opitergium Venetiæ oppidum instaurari cœptum expugnat ac diruit. Et
 id quidem tertio ab Athilæ demolitione circiter annum domini sexcentesi-
 mū ^{indignū autem} ~~quāquam~~ ^{indignū autem} præsidebat episcopus opitergio magnus altinas uir exi-
 miæ sanctitatis. Miserabatur assiduas cōmissi sibi gregis calamitates. Vi-
 rus tamen illud Arrhianū ferebat longe molestius: Qui acerbiores illi es-
 sent de fide contentiones: Quibuscūq; rerum incōmodis. Blasphemi uero
 in deum homines non illi ferri posse uidebantur. Neq; ulla spes suberat ad
 saniolem mentem reuocandi auaros homines & superbos: Qui fauere il-
 lis langobardos cernebat magistratus. Tutius igitur uisum animis corpo-
 ribusq; cedere. Locum capit in stagnis haud procul a continenti. Amor au-
 tem sanctissimi uiri maximam secum mortalium turbam traxit: multaq;
 eum nobilitas comitata est. Quæ quasi parentem potius q̄ præfulem dese-
 rere non possent. Ibi ciuitatem condit. Quam Heracliam appellat in He-
 raelii gratiam. Nec dum enim labes illa: quam diximus Heraclium infece-
 rat: Sed sūma cum christianæ fidei gloria: imperium administrabat. Ciui-
 tas deinde noua a posteris dicta. Eam sedem deinceps seuerinus sūmus pō-
 tifex & Primogenius patriarcha Gradensis confirmauere. Maximam auxit
 apud oēs sanctitatis opinionē: pietas & amor: Quē erga profugos pater-
 na quadā pietate declarabat: nō uerbis tantū & blandiori fermōe: sed ipsa
 quoq; re: uel ex proprio: uel ex amicorū beneficio collata. Vixit ad ultimā
 usq; senectutem. Multis miraculis claruit: memoriæ mandatis ab his: qui
 eius uitā scripserūt. Mortuus: inter sanctos relatus ē. Tenuit fama cōstās:
 adhunc usq; diem: sanctum illum: nouem ecclesias in hac Riualto diuina
 monitum reuelatione: cōstruxisse. Quarū nomina etiam hodie feruntur.

Magnus episcopus opitergij.